PRÆFATIO.

RAram novámq; ſcribendi rationem affero, Lectores, cui utinam tam par eſſem ego, quàm ipſa materia digna eſt! Controverſia, quâ nunc per orbem ingenia exercentur, á cujus eventu Europæ fata dependent, dedignari mihi viſa eſt, ſive inanes Oratorum argutias, ſive humi repentes ſcholaſticorum Syllogismos. Venit in mentem maſculum illud, breve, & torſum, & ipſa ſubtilitate cultum Orationis genus, quo ſe Hippocrates collegit, quo Euclides aſtinxit, quo Ariſoteles contorſit, quo admirabilis Jure conſultorum veterum in Pandectis brevitas ſe diffudit. Sed ipſam connexionis formam â Mathematicis petendam cenſui, qui ſoli propè mortalium nihil dicunt, quod non probent. Etiam nunc noſtro ſæculo certitudo earum artium bo-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 93, [9] - 3
PUBLIC DOMAIN